

in septimo mense est, qui appellatur Septembris, in q̄
occisus est Goliath, & reliqui qui erant in Hierusalem
interfecti sunt, iuxta quod loquitur Hieremias, Dies
ieiunii decimi, est in mēse decimo, qui apud nos uocat̄
December, quando cognouerūt cūcti Babyloni capti,
quinto mense templum fuisse destructum, & fecerunt
plāctum atq; ieiunium. Hęc beatissimus Hieronymus
in commētarijs Zacharię scripsit, Sed quia hęc ieiunia
magis in ueteri testamēto quā in nouo celebrata sunt,
ne penitus illa premississe uideremur, quia in p̄pheta
Zacharia cōmemorata sunt, breuiter adnotauimus,
ad noui testamēti ieiunia exponenda transeuntes.

DE QVADRAGESIMALI IEIUNIO. Ca. XX.

Rimum enim ieiunium quadragesimę est, q̄d
p a ueteribus libris cepit ex ieiunio Moyfi & He
lię, & ex euangelio, quia totidem diebus dñs
ieiunauit, demonstrans euangelium non dissentire a
lege & p̄phetis. In persona quippe Moyfi lex, in p̄sona
Helię p̄phete accipiuntur, inter quos in monte Chri
stus gloriosus apparuit, ut euidentius emineret quod
de illo dicit apostolus, testimonium habens a lege &
p̄phetis. In qua ergo parte anni congruētius obser
uatio quadragesimę constitueretur, nisi confinis atq;
contigua dominicę passionis, quia in ea significat̄ hęc
uita laboriosa? Cui etiam opus est continentia, ut ab
ipsius mundi illecebris ieiunemus, uiuentes in sola mā
na, id est in celestibus spiritalibusq; p̄ceptis, Numero
autem quadragenario uita ista p̄pterea figurat̄, quia
denarius est perfectio beatitudinis nostrę, Creatura
autem septenario figuratur, quę adheret creatori, in q̄
declaratur unitas trinitatis, per uniuersum mundum
temporaliter annunciata, Et quia mundus quattuor
uentis describitur, & a quattuor elementis erigit̄, & a
h

h

quattuor anni temporum vicibus uariat. decem quater
ducta, in quadraginta consummant. quo numero ostē
ditur ab omni temporum delectatione abstinendū &
ieiunandum esse, et caste continenterque uiuendū, licet
& aliud sacramenti mysterium exprimitur, in hoc
quod quadraginta diebus, eadem ieiunia celebrantur.
Lege enim Mosayca generaliter uniuerso populo est
preceptum, decimas & primitias offerre domino deo.
Itaque cum in hac sententia principia uoluptatum, con-
summationesque operū nostrorū, referre ad dei gratiā
admonemur, in supputatione tamen quadagesime,
summa ista legalium decimarum expletur. Totū enim
anni tempus, triginta sex dierum numero decimatur,
subtractis enim quadagesima diebus dñicis, quibus
ieiunia resoluuntur, his diebus quasi pro totius anni
decimis, ad ecclesiam concurrimus, actuūque nostrorū
operationem, deo in hostiam iubilationis offerimus,
cuius quidē quadagesime lege sicut ait noster Cassia-
nus, quicque perfecti sunt non tenentur, nec exigui, huius
canonis subiectione contenti sunt. Quem profecto illis
qui per totum anni spacium, delicijs ac negocijs secula-
ribus implicat, ecclesiarū principes statuerūt, ut uel hoc
legali quod amodo dierū uite sue, quos totos quasi fructus
quosdam fuerāt uoraturi, uelut decimas dño dedicarent.

DE IEIUNIO PENTECOSTES. Ca. XXI.

secundum ieiuniū est, quod iuxta canones post
pentecosten alia die inchoat, secundū quod &
Moyses ait. In initio mensis, ordinarie facietis
uobis ebdoma das septem. Hoc ieiuniū a plerisque ex au-
thoritate euāgelij post dñi ascensionē cōplet, testimoniū
illud dñicū historialiter accipiētes ubi dicit, Nūquid possūt
filij sponsi lugere quā diu cū illis est sponsus? Venient
autem dies, cū auferet ab eis sponsus, et tūc ieiunabūt.
Dicunt enim post resurrectionē dñi quadraginta illis